



ANTVERPIÆ, APVD IACOBVM MEVRSIUM. ANNO M. DC. LXVIII.

A cellum ubi eidem Beato celebrare cupienti adfuit Angelus humanâ formâ visibilis, qui sibi celebranti ministravit: quod Arturus, dormiente per somnolentiam granem consueto ministro, pio iuvene, factum ait. Grecchia vulgò dicitur iuxta dictum Gonzagam, in tabulis Grecè notatur.

c VVaddinghus in Scriptoribus addit Rosarium in genesim, & librum de ciuitate Christi: vult enim unum eundemq; esse Ioannem, vulgò Parmensem dictum, & Ioannem Genesium de Qualeâ aut ut alij Paulinum de Quayâ. Idem alium ab hoc diuersum Ioannem Parmensem habet, propter libros complures, qui adhuc MSS. partim in Vaticano partim Assisij enumerantur, laudatum in historia Parmensi Bonauentura Angeli Ferrariensis.

f Fr. Matthæus de Aqua-sperta Generalis 12 creatus an. 1287, anno sequenti in Vigilia Pentecostes à Nicolao IV factus Cardinalis, perrexit Ordinem regere, usque ad præsentem annum. quo mortuus est Ioannes, & Reate celebratum Capitulum, in quo successor Matthæo ultro se abdicanti datus Raimundus Gaufridi.

g Imò XIV sic enim Marcus Vlyssipponensis part. 2 lib. 1 cap. 57 XIX Martij ingens populi concursus fieri solebat quæ annis ad sepulcrum Beati: eique ex antiquo ciuitatis decreto duo cerei offerebantur: sed hæc festiuitas desijt propter aliam, quam eodem die instituerunt Fratres Obseruantes: sed non cessauit propterea populi deuotio vota sua ibidem facientis & Beati auxilium implorantis.

*Antiqua
veneratio
sepulcri.*

DE B. SIBYLLINA PAPIENSI, SORORE DE POENITENTIA S. DOMINICI, TICINI IN ITALIA.

AN. MCCC-
LXVII.

XIX MAR.
Patria resur-
gentis orna-
mentum,



Egia quondam Longobardorum urbis deie-
ctam prostratamque maiestatem solatus
utrumque Deus est per Galeazum Vice-comi-
tem huius nominis II, Dominum Mediola-

nensem: qui & magnificam arcem ab auo suo inchoatam ab-
soluit, & ciuitatem publicis ornavit ædificijs, & præter
alia adiecta commoda, studium, ut vocant, generale insti-
tuit, acutis totâ Italiâ peritisimis in omni facultate Magi-
stris, & priuilegijs maximis à Carolo IV Imperatore obtentis

B anno MCCCLXI. Maior tamen antiquissima ciuitatis felici-
tas fuit, habuisse eodem tempore sanctissimam hanc Virginem,
quæ oculorum carens lumine, & intra exigua cellâ conclusa
tenebras, singularis tamen virtutis luce eandem illuminauit
vixens, & mortua quoque miraculorum magnorum luce il-
lustravit: de quibus apud Michaëlem Pium scribit Borsellus,
in Commentu Ordinis Prædicatorum ibidem asseruari docu-
menta authentica: idemq; asserit Seraphinus Razzius, ocu-
latus eorumdem inspectior, prolixitatis solius vitandæ causâ
ea se professus omittere. In indiculo quoque Beatarum Ordinis
post Martyrologium Romæ excusum 1616, hoc ornatur
elogio. Soror Sibyllina Papiæ magnâ deuotione Christi-
iani populi celebratur: fuit enim Virgo præclarissima
sanctitatis, quam etiam multa miracula, quæ per
eam Dominus operatus est, illustriorem reddiderunt.

miracula
post mortem
clara,

supra altare
incorrupta
seruatur,

colitur Do-
min. 1 post
Pascha:

Vita Italice
redditur an.
1599,

antiqua La-
tina reperi-
tur in MSS.

2 Nos an. MDCLXII illac transeuntes, iustis ceteris eius
urbis sanctuarijs, adiunimus etiam D. Thomæ ecclesiam, quâ
isthic idem Ordo habet, & à R. P. M. Petro Angelo de Augu-
stinis Foroluiensi, tunc Conuentus Priore, humanissime ex-
cepti deducitque sumus ad sacrificiam, in qua ornatissimum
sancti Rosarij sacellum parvis venumis habebat altare, &
super altare incorruptum beata huius Virginis corpusculum,
Dominicani Ordinis indutum habitu, atque ex anteriori
parte per transparentes crystallos totum spectabile: cuius hoc
die mortuæ festum quotannis agitur primâ Dominica
post Pascha Resurrectionis: quia tali die Dominus
noster, per merita dictæ Beatæ, multis eius deuotis
magnas gratias contulit, eos à varijs infirmitatibus
liberans: ut ait Donatus Lagus de Florentioli in fine Vitæ
ex Latino à se Italice reddita anno MDXCIX & dedicatæ
Illustribus duabus sororibus Isimbardis, Paulæ Bottighella &
Leonora Salerna, eo, ut videtur, titulo, quod ab antiquâ &
illustri Bottighellorum familiâ, cui earum altera innupserat,
ædificatum esset altare prædictum, sacro huic corpori alijsq;
pluribus reliquijs decentius collocandis: quam eandem sic
Italicam Vitam dictus Razzius in partem 2 operis sui de Vi-
tis Sanctorum Sanctarumque Ordinis sui intulit.

3 Quæ fuerint gratiæ illæ sine miracula, nec ipse Donatus
dicit, neq; nos potuimus tunc cognoscere, aut prædicti Prioris
humanitas suggerere aliud quàm Vitæ epitomè in tabellâ de-
scriptam, atque in eodem sacello appensam: eius itaque ex-
emplar transumpisse comenti, & plenioris Vitæ eam quam
diximus Italice versionem reperisse, Mediolanum discessimus:
ibique tum alia pulcherrima Ordinis monumenta, tum quæ-
stam Latinam Vitam reperimus in Codicibus Fr. Ambrosij
Taëgij, sæpe nobis memorandi, de Insignijs Ordinis Prædica-

torum lib. 3 distinct. 8 fol. 193, complectente Vitæ illustrium
sanctitatem mulierum, quæ laudatissimum S. Dominici insti-
tutum, Sororum de poenitentia dictum, suis virtutibus co-
honestarunt: cuius etiam instituti ratio historiaque fuscè ih-
dem textitur, & ornamentum longe maximum censetur B.
Catharina Senensis, hoc eodem tempore per omnem Italiam
celeberrima. Perseueratque etiamnum institutum illud tum
alijs in Prouincijs tum maximè in Belgio: ubi quamplurimæ
virgines viduæque, vel duæ tresve simul, vel seorsim singule
paternis in adibus, cum proposito simplici voto continentie
Deo seruiunt, sub directione eiusdem Ordinis: sicut & aliæ
sub Ordinum aliorum religiosi: cum hoc discrimine, quod in
Italiâ pauciores illæ simili ferè monialibus utantur formâ ac
colore vestitus, si velum excipias, quo solo absinent: in Bel-
gio verò, ista plurimæ nigro dumtaxat modestioris formæ
cultu, & si ornatus vanitatem tollas, cum vulgo communis,
saltem extrinsecus & in publico induantur: Deuotas visita-
tiori vocabulo nuncupamus, Beatas Hispani.

Sororum de
Poenitentia
B. Dominici
institutum
quale.

E

4 Compendium Vitæ, cuius supra fecimus mentionem,
hoc est: Beata Sibyllina de ciuitate Papiæ, patre Alber-
to de Bischoffs matreque, quæ dicebatur Honor de
Vecis, genita, cum esset annorum duodecim visum
perdidit corporalem: quo priuata sub curâ quarum-
dam dominarum venerabilium exemplaris admodum
vitæ, Sororum scilicet de Poenitentia B. Dominici,
Patriarchæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, sese at-
tentiùs ac iugiter dedit annis tribus. Quadam autem
vice, cum pro visu recuperando, quo victum sibi ma-
nibus laborando acquirere posset, feruentius Domi-
num exorasset, tracta est per visum de reclusorio in
aëra versus ecclesiam cathedralem à B. Dominico,
cuius auxilium ad hoc obtinendum assiduè implora-
bat precibus: qui ei quædam tam obscura & horrenda
primò, demùm quædam tam iucunda, splendida, pul-
cra, atque inexplicabili amoenitate fragrantia ostendit,
quod ex sibi tunc monstratis cuncta ista caduca visibi-
lia parui pendens, desiderium ea videndi ampliùs à se
penitus reperit auolasse, Deo & B. Dominico pa-
trono suo innumeras gratias agens. Anno verò ætatis
suæ decimo quinto reclusorium intrauit, de quo in vi-
tâ suâ bis dumtaxat exiuit: in quo septem primis annis
ab ingressu poenitentiam magis admirabilem, quàm
imitabilem fecit: tam deinceps temperans corpuscu-
lum mortificabat diuturnis vigilijs, orationibus, la-
crymis, disciplinis usque ad sanguinis effusionem, cre-
bro congelantem eius genua cum pauimento: igne
non vtens in hyeme, neque vestibus alijs, quàm in
æstate: fatigata membra super tabulam breuem ligneâ
quâ semper utebatur pro lecto, somno breuissimo re-
creans: consolationes mentales fumens ex colloquijs
seruorum Dei, licet doloribus fatigata immensis. Cla-
ruit autem spiritu prophetico, quædam secreta, quæ-
dam futura pandens. Tandem anno sexagesimo quar-
to ab ingressu reclusorij, ætatis vero suæ anno octo-
gesimo non completo, feria VI, mensis Martij die XIX

Vitæ com-
pendium ex
tabulâ in
sacello ap-
pensâ.

F

F 4

MCCCLXVII,

A MCCCLXVII, Virgo Domini perseverans, bonis operibus plena, suum ad sponsum migravit Dominum Christum, clarens plurimis miraculis in vitâ pariter & post mortem.

V I T A

Auctore Fr. Thomâ de Bozolaſto

*Ex MS. Fr. Ambrosij Taegy
Mediolanensis.*

PRÆFATIO TAEGY.



Beata Sibyllina Papiensis Soror de Pœnitentiâ B. Dominici, virgo purissima, signis & virtutibus in ciuitate Papiensi claruit: quæ corpore cæca fuit, sed mente lumine diuino illustrata: cuius corpus integrum adhuc conspicitur incorruptum in conuentu S. Thomæ in dictâ ciuitate Papiensi Ordinis Prædicatorum. Huius autem gesta præclara Venerabilis Pater Fr. Thomas de a Bozolaſto, B Ordinis Prædicatorum, domestico quidem ac plano stylo, compilauit.

a Fuisse hunc Beata Confessarium, certè coeum & familiarum, omnino colligitur ex hisce verbis num. 13. Puto autem quòd, si benè recolo, tunc erat lociata: agit autem de gratia quadam sibi à Deo facta, qualem aliter quam Confessario credi humilitas haud facile permisisset.

Porrò quia Vitam more nostro distinguimus in capitula pauciora, veteris diuisionis titulos hic consequenter habeo ex MS.

CAP. I De eius progenie & nominis interpretatione.

II De eius simplici obedientiâ & amissione visus in primæuâ ætate.

III De primordiali profectu eius & sanctis meditationibus eius.

IV De ingressu eius in reclusoriū annum xv ætatis agens, & durâ pœnitentiâ ibidem factâ.

V De consolatorijs visionibus & inflammatione spiritus in die Pentecostes, & alijs pluribus diebus habitis.

VI De spiritu prophetico, quo quandoque secreta, quandoque futura prædixit.

VII De complacentiâ & auditate audiendi diuina eloquia.

VIII De ipsius eloquentiâ, quâ discretè in proferendis secretis, & efficaciter in conuertendis peccatoribus apparuit.

IX De beneficijs, quæ adhuc viuens suis benefactoribus diuinitus impetrauit.

C X De eius felici transitu ad cælestem curiam, & honorabili sepulturâ: & de quodam Præposito à malo calculi ad tactum corporis eius non sepulti liberato.

CAPVT I.

*Cacitas adolescentule Sibyllinæ & pietatis
initia.*

HÆc igitur Papiæ orta, patrem habuit Vbertum de Biscollis, matrem verò nomine a Honorem de Verio, ambo honestæ & laudabilis conuersationis. Sibyllina dicta est quasi parua Sibylla: ipsa enim velut Sibylla prophetico spiritu multa cognouit & prædixit, prout infra plenius dicemus: rectè enim ex b Vberto & Honore matre procreata videtur, quæ vbertim producere fructus honoris & honestatis annis octoginta vel circa non cessauit, Virgo Domini perseverans.

2 In puerili ætate constituta pro crimine habuit numerum quemdam Pater-noster intermittere, sicut edocta fuerat quotidie dicere à quadam deuorâ Matronâ pro Horis Canonicis. Ætatis autem suæ anno

duodecimo corporalem amisit visum, vt in spiritualibus clariùs videret. Post aliquod autem tempus, cum doleret quod visum amiserat, ex eâ solummodò causâ dolebat, quia victû sibi acquirere non poterat proprijs laborando manibus, vt optabat: quod filando tentauerat, sed inde viuere non poterat; quia filum cæcæ nimis ineptum nebat.

3 Quare desiderio vehementi recuperandi visum accensa, assiduis precibus cœpit inuocare B. Dominicū, tamquam singularem Patronū, vt visum sibi à Domino suis meritis impetraret. Quod cum multis diebus continuasset ac mensibus & instantè; ad præfati S. Dominici festum peruenit: quo die visum sibi restitui infallibiliter expectabat. Quem cum non recuperasset in illius diei Matutinis, cum multâ fide videndi gratiam se recepturam credebatur in manè: & cum nec in Tertijs recepiſſet, adhuc non infirmata fide spem protelauit ad vespèram: quâ demum totâ die transactâ, & videndi gratiâ non obtentâ, ad patronum suum B. Dominicum ausa est piè conqueri dicens: Ergone sic, B. Dominice, derastisti me? Numquid non illustrasti mihi, in eo quòd ex tam iustâ causâ satis feruenter ista tantâ cum fide petebam? Restitue mihi orationes meas & laudes, aliâque quæ tibi obruli frustra.

4 Post hæc in visu apparuit ei idem B. Dominicus, de reclusorio eam trahens in aërem versùs Cathedralē ecclesiam, non multum inde distantem: & breuiter ostendit quædam tam horrenda & obscura primò, postmodum ex parte aliâ quædam iucundâ luce splendentia, tam pulchra atque læta tamque inexplicabili amœnitate fragrantia, quòd ex sibi in illâ visione monstratis, cuncta ista caduca visibilia paruipendens, desiderium videndi amplius ipsa caduca à se penitus retulit euolasse: sicque gratias agens immensas Deo & Patrono suo; eidem (vt ita dixerim) reconciliata est, tamquam meliùs per eum in his quæ viderat exaudita.

5 Post duodecimum itaque annum, vt dictum est, visu priuata corporeo, cœpit attentius præbere aures prædicationibus sanctis, FF. Prædicatorum frequentans ecclesiam. Erant autem Papiæ tunc temporis quædam venerabiles Dominæ, exemplaris admodum vitæ, dictorum FF. Prædicatorum Ordini dedicatæ, Sorores scilicet de Pœnitentiâ B. Dominici: quæ in eorum ecclesiâ perseverantes, vacabant assidue meditationibus & orationibus, insistentes eis ac Missis & prædicationibus audiendis. Sub harum curâ & habitu fuit annis tribus, intenta audientiæ Diuini verbi, quod quasi semen futurorum fructuum auidè recolligens sollicitè recondebat. Interea præfatæ Dominæ diligenter ipsam instruxerunt de modo & perseverantiâ orandi, de mentis puritate & conscientia, de assiduitate in meditando opera & beneficia Dei, maximè Dominicæ passionis.

6 Quam postmodum cœpit ex amore meditari regulariter, discurrendo per puncta singula pœnarum & opprobriorum, quæ Dominus pertulit. Reddebat, deuorè singulis pœnis Domini compatiens, singulas amaritudinis pœnas; &, vt cuidam Religioso sub creto familiaritatis aperuit, cum sic meditando peruenisset ad passum, quo Dominus exutus fuerat, veste adhærente vtrique carni eius sanctissimæ, flagellis multipliciter laceratæ, quasi liqueſcebat anima eius singulari compassione ac suauissimâ deuotione: quòd illo vno actu exutionis siue separationis vestis à carne, cum quâ iam congelato sanguine conglutinata erat, flagellorum omnes plagæ fuerunt cum suis doloribus renouatæ: quod deuotissimè recitando quærebat. Nonnè ita nobis cogitandum relinquitur, quamquam in Euangelijs non sic expressè ponatur?

a Honora

D
cæca sit duodecim:

pro visu recuperando
B. Dominicum,

frustra oras,

E
cælesti visione discis omnia caduca contemnere.

Inter Sorores de Pœnitentiâ triennio viuimus,

instruitur in modo orandi.

F

Dominici Passionem deuotius meditatur.

Honestè nata,

b

et piè educata,

- A a Honora de Vezzi apud interpretem italicum : in compendio de Vecis scribitur.
 b Hac ad nomen allusio est : ipse interim etymon, quod veteres Longobardi integrè Hubertum seu Huys-bert scripserunt, domus principem sonat.
 c 14 Augusti.
 d Quam familiare Insabribus sit Italica verba penè omnia iruncare experiendo didicimus, ideoq; vix dubitamus, quin Barare hic penatur preeo quod ceteris est barattare, decipere.

CAPUT II

Reclusio, pœnitentiæ & visiones B. Sybillinæ.

Reclusorium ingressa 7 **V**T ergo præfertur, edocta de prædictis & alijs opportunis, transacto dicto triennio, facta annorum quindecim, inclusorium, satis prope dictam FF. Prædicariorum ecclesiam a situatum, intrauit vnâ sociâ comitata : quâ post triennium defunctâ, B. Sybillina multis annis in dicto reclusorio sola permansit : de quo solummodo bis exiuit in vitâ suâ, semel pro sacra Communione sumendâ, & aliâ vice vt monialem vnâ in monasterio de Iosaphat visitaret.

corpus suum flagellis crudeliter macerabat 8 Septem primis ab ingressu annis pœnitentiâ magis admirabilem quàm imitabilem fecit. Disciplinas autem, in quibus singularem experiebatur dulcedinem, quotidie recipiebat durissimas, & vsque ad tantam sanguinis effusionem, quod sæpe sanguis vsque ad genua, terram ad nudum tangentia, decurrebat. Vnde in hyeme quandoque, cum surgeret à disciplina, genua sua volens attollere, mediante sanguine ita præ frigore congelata cum terrâ reperiebat, quod inde diuelli non poterant nisi cum violentiâ, manibus innixis ad solum.

mirè patiens frigoris, 9 Et quia igne non utebatur in hyeme, neque vestibus alijs quàm ætate, calefieri solebat solo labore orandi, cum prostrationibus & genuflexionibus cum feruore spiritus iteratis. Ex quo exercitio quia manus non calefiebat, eas sic tumefactas & mortificatas seu quodammodo putrefactas præ frigore habebat, quod de eis quandoque sanies, dum panem durum frangeret, effluebat.

Post septennium mitigat flagellorum vig. 10 Post diutinas tandè vigilas, quibus in disciplinis, orationibus, prostrationibus, lacrymis & huiusmodi pernoctabat, fatigata membra super tabulam breuem ligneam, quâ semper utebatur pro lecto, breuissimo somno recreabat. Sanè post septennium, quod transegit, macerata nimium & debilitata; spiritum plus, & minus carnem ex tunc exercere proponens, corporalem temperauit pœnitentiâ : & ex hoc socias ac familiares suas cautas reddebat, vt magis intenderent caritati in spiritu quàm flagellationi in carne.

Apparente sibi puero lesu mirè recreatur. 11 Prima visio, breui narranda sermone, non breui gaudio mentem B. Sybillinæ repleuit : cui semel apparuit Christus in figurâ pueri admodum parui, supra modum tamen pulcherrimi : qui inexplicabili candore nitens, vndique candidissimæ lucis radios emittebat. Quem cum niteretur complecti, non valebat : nam statim, quo nesciebat modo, de manibus eius exibat. Sed nec desperabat propterea, sed magis ac magis complecti expectabat alliciens se desiderium ; frustrando tamen semper conatus eius, ad hoc multoties iteratos. Ex quo diuino ac dulci tripudio tantam concepit lætitiâ, quod numquam poterat huius apparitionis reminisci, quia semper, ac si de nouo appareret, nouo gaudio repleveretur. Vnde memoria hæc semper fuit eidem quasi singulare suæ pœnitentiæ & solitudinis condimentum.

aliâ in visione quadâ 12 Nec silentio prætereundum est, quod cum vice quadam mulierem quamdam ad cerasa sibi deferenda misisset, interim iuxta fenestram reclusorij, ex

quâ venientibus respondebat, sedens sanctæ meditationi se dedit. Et ecce de contra super tabulam ligneam, à terrâ aliquantulum eleuatam, supra quam iacere solebat, apparuerunt ei tres venerabiles valdè Religiosi, qui interrogati per ipsam quinam essent, responderunt, se esse Fratres Maiores. Quorum medius, in manu habens pomum pulcherrimum, dixit, quod vocabatur Zelotypus Dei : qui requisitus ab eadem si pomum sibi donare vellet, respondit gratè, quod sic, & sic dicendo pomum B. Sybillinæ proiecit, quo ipsam in genâ percussit. Et statim veniens mulier, quæ cerasa portauit, eam vocauit : ad cuius excitationis vocem disparuerunt subito Fratres illi, & cum fenestram aperuisset, & eam mulier intuita fuisset, quæsiuit quisnam esset, qui eam in facie percussisset : ex quâ percussione signa euidentissima apparebant b.

b 13 Cum solita esset in festo Pentecostes specialem Spiritus paracti consolationem expectare, sollicitè implorare, & communiter impetrare ; vice quadam aliquam deuotionis dulcedinem non recepit primo die Pentecostes, nec in Tertiâ nec in Nonâ : cum tamen ad hoc sollicitè se disposuisset, & feruentius excitasset. Vnde quasi fatigata & desolata, cum sederet sic in sede suâ iuxta fenestram suam, inter Nonam & Vesperas, transiuit quidam pulsans & dicens, Incendat vos ignis ille, qui hodie in expectantes venit Apostolos. Puto autem quod, csi benè recolo, tunc esset sociata ; ita quod ad dictam transeuntis vocem, tam ipsa quàm sociâ, coeperunt statim per susceptionem Spiritus sancti ad optatam gratiam vehementer & dulciter inflammari.

aliâ die octauâ. 14 Consimiliter alterâ vice, cum in consimili expectatione fuisset diutius, vsque ad vltimum diem Octauarum Pentecostes : ipsâ die octauâ apparuit quidam vocans eam : cui cum fenestram aperuisset, visum est sibi quod ille ignem portatum eidem offerret : qui in faciem eius tantum immisit ardorem, vt subito querulos clangores ederet. Post quæ continuo, nouo accepto spiritu, maius atque suauius ardoris incendium in eius mente, quàm in facie eius fuisset, est secutum.

a In domo Dominorum Sacchorum, inquit Interpres Italicus

b Nisi inter consolatorias visiones hanc numeraret auctor : merito ex apparentis responso factis dubitarem, an debuisset in medio relinqui à bono an malo spiritu ista esset apparitio.

c Hinc conicias ipsi auctori rem à Beatâ narratam, & probabiliter vt Confessario.

CAPUT III

De spiritu prophetico, quo quandoque secreta quandoque futura prædixit.

Corpus Christi præsentiam, assecuta, cognoscit 15 **C**um spiritus prophetici sit æquè secreta conuertere præsentia, ac futura contingentia præuidere, utroque modo, sicut vera Sibylla, prophetissa monstrata est : in Missis enim, quas quinque deuoti Religiosi & seculares Sacerdotes, ipsam teuerenter visitantes, in altari quodam infra reclusorium celebrabant, quamquam visu non vteretur corporeo ; quando tamen Corpus Domini eleuabatur, sentiebat ex immisâ sibi quadam spiritali ducedine præsentiam Saluatoris : quam etiâ sentiebat dum idem Corpus Dominicum ad infirmos communicandum per propinquam viciniam portabatur.

eo ad transfatum Curatâ deficiente. 16 Vnde constat contigisse, cum quidam Sacerdos Curatus, requisitus vt ad quemdam infirmum parochianum suum Eucharistiam ferret, non habens hostiam consecratam, perueritate nefariâ hostiam non consecratam illi deferre potius elegit, quàm de dictâ negligentia reprehendi. Ipso itaque transeunte, B. Si-

D AVCTOR THOM. DE BOZOLASTO EX M3 pomum pulcherrimum accipit

Ad Pentecostem solita se parare sollicitus.

sub Vesperam voti compos fit

aliâ die octauâ.

F

Corpus Christi præsentiam, assecuta, cognoscit

ex interno gustu

A B. Sibyllina ad campanulæ signum adorauit ex more deuotè : sed cum suauitatem spiritus solitam non sentiret, admirari cœpit & contristari non modicum; mittere determinat ad dictum Sacerdotem, postulans humiliter vt ad ipsam accedere dignaretur. Qui cum accessisset, expreso angore in quem inciderat ad transitum eius hostiam deferentis, cum tremore licet magno, percunctari nihilominus præsumpsit, an verum Corpus Domini portasset. Ad quæ verba ille stupens, & deprehensum se videns, nefandæ fictionis confessus est crimen, quantumque deliquisset agnouit per ipsam prudentissimè reprehensus.

17 Aliud quoque eidem reuelatum est secretum, diuino signo præcedenti adiungendum : cum enim datum fuisset aliquantulum de ligno S. Crucis veteræ, antequam adorare vellet illud, posuit ad cor suum, deuotè petens à Deo vt signo notabili sibi ostendere dignaretur, an verè crucis Dominicæ lignum esset; statimque insolito ac mirabili motu ad reuerentiam eius visum est agitari cor eius : quo certificata signo, & lignum adorauit intrepidè, & exaudita Dominum benedixit ex corde.

18 Amplius aliud, si audire non tædet, quod vidit secretum referam, licet ad iocum videatur. Matrona quædam ei multum familiaris, ad orationes nocturnasque deuotionis vigilias satis auida, sed, vt quibusdam naturale est, de nocte nimium tremebunda, cum nocturno tempore in lecto sedens oraret, ad sonitum mulieris discurrentis attonita, subito pelliceo caput operuit, tremens : quod B. Sibyllina, ac si fuisset præcens, vidit & risit : & sequenti manè eidem ad se venienti visitandi gratiâ, quasi ridendo, dixit, an nocte præteritâ nimium expauisset? Et cum illa mirareretur, quia nulli hoc reuelauerat nisi Confessori suo, cui fuerat primo manè confessa : adiunxit, Nonne ego te vidi cum præ timore pelliceo caput operuisti? Ex quâ re ostenditur, quod Deus multo magis ei gratiam contulit in seriosis occulta videndi, qui etiam concessit in iocosis.

19 Non solum autem secreta rimabatur, vt dictum; sed etiam futura multa, Domino reuelante, propheticè præuidendo prædixit, & prædicendo præuidit : inter quæ est illud de nobili & egregio viro & Milite Domino Ioanne de Pepulis, olim a Domino ciuitatis Bononiensis, & tunc Consiliario excelsi Domini Galeazij, Domini Mediolani. Hic enim missus fuit à præfato Principe Auenionem ad Dominum Urbanum Papam V. tractaturus grandia, vt sperabatur. Cum iturus esset, Domina Beatrix, vxor prædicti Domini Ioannis, ad B. Sibyllinam accessit, orans vt pro viro Domino Ioanne Dominum præcicaret. Quod illa humiliter promisit se facturam. Post recessum præfati Domini Ioannis, misit iterum per nuntium dicta Domina Beatrix ad B. Sibyllinam, vt memor esset in orationibus suis itineris viri sui : cui respondit Domini famula per nuntium, quod non timeret, quia sibi reuelatum fuerat, quod vir suus multa contrariaque in itinere passurus erat, sed finaliter incolumis reuerteretur ad eam. Et ita factum est : nam in itinere graui oppressus est ægritudine, vt caput eius intumesceret : tandem liberatus, & legatione laudabiliter functus, sanus & incolumis ad propria reuersus est.

20 Obitus etiam multorum amicorū distantium internis oculis vidit. Magister Dionysius, quondâ Prior Generalis Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini, B. Sibyllinæ haud parum deuotus, cum in loco multum à Papiensi ciuitate distante vitâ functus fuisset, Fratribus Eremitanis obitū suum cum vidisset studuit indicare, vt pro suo Generali debitas celebrarent exequias. Post aliquos dies nuntiatum est, quod in tali die & horâ migrauerat, quâ prædictum fuerat à B. Sibyllinâ. Cum autem & ipsa pro eius animâ Domino orationes of-

ferret, vidit post paucos dies animam eius in cælestem patriam gloriose deferri.

21 Venerabilis viri, Fratris Petri Zurigali de Laude, Ordinis Prædicatorum obitum longe antè præuidit : nam cum dictus Pater B. Sibyllinæ esset valdè domesticus, misit ad eum vt citò de Mediolano, vbi tunc Lectoris officio fungebatur, ad eam Papiam veniret, quia oportebat sibi reuelare quædam opportuna secreta. Cui, cum venisset, dixit vt se bene disponeret & præpararet, quoniam sibi reuelatum erat, quod anno illo Deo rationem reddere debebat. Qui infirmatus anno illo cum decumberet, frequenter iterabat hoc verbum : Citò, citò erunt tuæ molestiæ terminatæ. Loquebatur ad corpus proprium, à cuius onere, iuxta prophetiam sibi dictam, liberari festinabat; quod per mortem contigit satis citò. Simile contigisse constat de duobus alijs Fratribus Ordinis Prædicatorum.

a *Filius Thadæi, anno 1338 electi à populo turbarum pertaso, & post voluntariam cessionem an 1340 legitimè à Papâ instituit : qui septimo sui Domatus anno moriens, illum quidem filijs Iacobo & Ioanni reliquit : sed hi à Nettore Romandiolæ Comite oppressi, vt se de eo viderentur, ius suum vendiderunt Ioanni Vicecomiti Archiepiscopo & Domino Mediolanensi, pro quo ac deinde nepote illius Mathæo Vicecomite gubernator institutus Ioannes Olegius, cum tyrannidem occupasset, & eam praelo victus amisset, redijt ad Ecclesiam Bononiæ an 1360 virtute Legati Egidij Cardinalis Albornozzi, nulla habita ratione Vicecomitum Mediolanensium, quia pactis non steterant : in horum autem obsequio vixere Populi Fratres Ioannes atque Iacobus vsque ad annum 1367, quo vique mortuus memoratur à Pompeo Vixani in Historia Bononiensi.*

b *Pacem scilicet inter Barnabouem Galeazij fratrem, ob attentatam armis Bononiensis Domini recuperationem anno 1363 excommunicatum, & Ecclesiam, qua quibus conditionibus inita sit hoc eodem anno, post casus ad Solarolum Barnabois copias, narrat idem Vixanus ad istum annum : nec enim apparet quæ alia causa Vicecomitibus intercesserit cum Ecclesiâ toto quinquennio, inter Urbani electionem & Ioannis Populi ipsiusque Beata Sibyllina mortem, quàm hac pacificatio.*

c *Mutineus dictus, creatus Mediolani 1343 Kal. Maij mortuus Colonia anno 2 regimini sui : vide Iosephi Pampili chronicon Augustinianum, & Philippi Elfsij encomiasticon.*

CAPVT IV

Sibyllina de rebus diuinis colloquia & san-
ctus obitus.

22 DE more autem habebat B. Sibyllina, cum ad ipsam visitandam quispiam Religiosus vel persona aliàs exemplaris accederet, primò mox iuxta consilium Apostoli Iacobi, ad audiendum velox aurem accommodare, humiliter expectando verbum aliquod ædificatorium seu ad deuotionem prouocatorium seu ad caritatis ardorem excitatiuum : quod si proferebatur, vt expectabat, illud attentè audiebat, auidè replicabat infra se, lapidè & firmiter memoriæ commendabat : pro quo vnum exemplū recitalle sufficiat. Cum religiosus quidam eam visitare solitus reuenter, inter alia ædificatoria semel adduxisset illum Psalmi versiculum, Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, quem sic glossans exposuit, inquiens, supra dorsum iustorum, quasi super incudem, coronam gloriæ fabricatam ipsis iustis ; hoc illa tanto cum sapore, vt solebat, audiuit, vt replicari multoties auidissimè faceret, & post aliquot menses per eundem visitata, illud iterari cum auiditate petijt, & cum gustu non minoris alacritatis audiuit.

23 Quod si à quoquam visitantium, à quo speraret, verbum ædificatorium non haberet : tarda erat aliquantulum ad loquendum, ne tempus diuinis aptum colloquijs perderet ; à quibus audiendis vel proferendis, propter complacentiam quam habebat in talibus, cessare non poterat : sed aperiebat os suum, & auribus dictorum adstantium infundebat abundè

D

*alios monet
vt ad præxi-
mam moriē
se disponant.*

E

*Auidissimè
de rebus di-
uinis loquen-
tes audiat*

*& audiat
lapidè reco-
lit :
Pl. 128, 3*

*alio collo-
quio fasti-
diens*

*AVCTORE
THOMAE
BOZOLIA-
STO EX MS*

*sognosceit ho-
stiam profa-
nam esse.*

*veritatem
particula
crucis discit*

*illud cordi
applicans :*

B

*Nocturnum
amica pau-
rem absens
videt.*

*Ioannis de
Pepulis,*

a

C

*à Duce Me-
diolan. ad
Papam lega-
ti,*

*felicem redi-
tum prædicat,*

c

*Augustinia-
nus nuntiat
mortem sui
Generalis :*

A mellita Dei verba, qualia primò expectauerat ab ijsdem; & sic agebat, vt si vacaret auris contra placitum, saltem lingua à Deo non vacaret: pro quo & exemplum ponendum est. Idem namque Religiosus alterâ vice B. Sibyllinam decumbentem ex quadam ægritudine, quæ ex loquelâ fumebat augmentum, pietatis gratiâ visitauit. Admonitus tum est à Sorore Beatrice, sociâ B. Sibyllinæ, ne aut multum ipse loqueretur, aut ipsa. Cùm autem sic starent, & ipsa secundum morem non audiret diuina, cœpit ipsa loqui de diuinis. Cùm in longum sermonem traheret diuinitus accensa, monita fuit à prædictâ Sorore, ne tantum loqueretur propter passionem quam habebat: cui dixit B. Sibyllina: Vistu vt dimittam animæ consolationem propter corporis passionem? In quo pensare possumus quantum diuinis delectabatur verbis, à quibus cohiberi non poterat passionibus quibuscumque.

24 Mirandum autem est atque multâ veneratione notandum apparebat in verbis eius, quod mulier idiota de diuinis tam vbertim tam promptè, arcana quandoque tam idoneis loqueretur verbis, adeo vt per quemdam Religiosum dicebatur in vitâ eius, si meditationes B. Bernardi vel soliloquia B. Augustini attentè legisset, non debuisset plus abundare diuinorum verborum sententijs ac peregrinis vocabulis, ad materiam exquisitis, in quorum disertione notabilis apparebat. Quando dubitabat de aliquo vocabulo exprimente aliquid diuinum, à peritis edoceri petebat: quamuis multa proferret instinctu Spiritus Sancti. In conuertendis peccatoribus valdè sollicita erat: nam cùm sciebat aliquem peccatorem notum, qui aut non confitebatur aut in peccatis perseuerabat, pro eo mittebat, & verba salutis illi dabat; modò mulcendo, modò exasperando proponebat ei misericordiam diuinam & iustitiam & familia: vnde multos induxit ad publicè poenitendum.

25 Quidam a Zaninus nomine, B. Sibyllinæ brentam vnâ vini ex elemosynâ misit, residuumque vini vendidit: qui pretium vini numerans, & optimè sciens quot brentas vendidisset, quantumque pro singulis accepisset, inuenit sibi pretium vnus ex-

creuisse. Cùmque nullum ex emptoribus deceptum reperisset, nec plus debiti dedisse; diligenter aduertit, dati vini pretium sibi miraculo restitutum: ex quo duplicatâ deuotione anno sequenti eidem sanctæ virginis obtulit brentas duas: recepit autem mensuram oblatis vini non solum duplicatam, sed etiam longè plus quàm speraret ipse vel alij.

29 Igitur anno vitæ suæ octogesimo non completo, ab ingressu reclusorij anno sexagesimo quarto (quo in tempore non nisi binâ vice exiuit, vt dictum est) sumptis deuotè omnibus Ecclesiasticis Sacramentis, & bonis operibus plena ad cælestem patriam euolauit, feriâ vi, die xix mensis Martij; anno d. Domini mcccclxvii. Corpore autem eius ad ecclesiam FF. Prædicatorum delato, & nondum tumulto propter concurrentium populorum frequentiam; egregius legum doctor Dominus Franciscus de Salerno & Caltanninus de e. Cassinis induxerunt Venerabilem virum, Dominum Iacobum f. Cazanatam, Præpositum Ecclesiæ S. Michaelis maioris ciuitatis Papiensis, vt ad corpus B. Sibyllinæ deuotè visitandum accederet, oraturus quatenus eius meritis curaretur ab intolerabili, quam patiebatur, infirmitate arenarum siue calculi. Qui propter opinionem de vitâ B. Sibyllinæ celebrem persuasus, venire, vt poterat, cœpit: sed doloribus ex motu ambulationis incrementum sumentibus, ad introitum ecclesiæ Fratrum Prædicatorum penè deficiens, ad sacrum tamen funus vsque perueniens, tacto illo eâ deuotione quâ potuit, redijt ad domum suam plenè sanatus, Deum magnificans.

a Ioannnium vocat interpres Italicus & utrumque videtur eiusdem nominis diminutium, ac Zanus pro Ioanne pluribus in Italia usurpari: quidni aequè ac Ian & Hans Belgarum ac Germanorum?

b Mensura vinaria inter Lombardis genus, Veggia seu Vegeti Italorum respondens.

c Ante Dominicam tertiam Quadragesimæ, cùm Pascha caderet in 18 Apr. literâ Dominicali c.

d Ergo nata 1287, & reclusa 1302; annis nempe reclusionis 64 plenè exactis.

e De Cazaninis habet Interpres Italicus: videturq; à Cassiano sumptum diminutium.

f Idem Cazanatam legit.

DE B. MARCO S. MARIE IN GALLO

EX ORD. MINORVM DE OBSERVANTIA.

VICENTINÆ IN ITALIA.

§ I B. Marci cultus sacer: Vita & rerum gestarum epitome ex VVaddingo & alijs.

AN. MCCC-
XCVI
XIX MAR.
Conuentus
S. Blasij
Vicentia.



ad transfer-
tur corpus.
B. Marci an.
1530:

Xtra Vicentina Urbis muros conuentum olim habuere Fratres Minores, à strictiori obseruantia Franciscana Regula cognominati, sub inuocatione S. Blasij erectum. Hunc, ne bellorum tempore vicinia loci editioris officeret urbis securitati, Illustrissima Venetorum Respublica anno MDXXX funditus diruendum, atque alium intra urbis mœnia publico ære edificandum sanxit. Quod ubi factum fuit, transmigrantes Fratres pariter & S. Blasij appellationem in urbem, & B. Marci corpus transtulere, eius quem à patriâ Picentem seu della Marca Gonzaga vocat, Vicentini cines ac Fratres à S. Mariâ in Gallo: cuius cognominis haud vllam facili inuenimus rationem, nisi suspicando, quod conuentus S. Mariæ in valle, quarto ab oppido Fabriani lapide, vulgari lingua in gallo diceretur, ab eoque cognominari voluerit hic Beatus, memor religiosæ institutionis susceptæ in illo loco, inter Apennini saxa tam deserto ab humanis solatijs, quam diuite egregia-

rum virtutum exemplis, quæ ibidem reliquerant Beati Patres, Bernardinus Senensis, Iacobus de Marchiâ, & Ioannes Capistranus: ex quibus postremi duo B. Marco haud multum seniores fortè & familiares fuere, præsertim Iacobus, cui indiuiduum comitem fuisse Marcum, Gonzaga alijsque dicunt.

2 Vita eius Synopsim Lucas VVaddingus ad annum mcccxcv inseruit annalibus suis, ex Marco Vlyssipponensi qui, uxore Latinè redditam, in hæc verba: Obijt hoc anno Marcus S. Mariæ in Gallo, prouinciæ Picenæ. Doctor erat medicinæ & vxoratus, cùm concepto melioris vitæ desiderio statuit mundo valedicere. Coniux pari voto humana fastidians, Clarissis Asculanis voluit adscribi: & ille Minoritis Obseruantibus cœnobij eremitici extra Fabrianum, orationi, contemplationi, verbo Dei fructuosè prædicando totus addictus. Dum Guardianum ageret cœnobij S. Seuerini, summo manè orans cælestem hanc vocem percepit: Frater Marce, prædica caritatem. Deinceps totus caritatis ardore succensus, verbo & opere vbique locorum virtutem hanc præferebat. Per vniuersam discurrens Italiam, opera misericordiæ tam spiritualia quàm corporalia impensè com-